

7818 basis magna (un metro circa di altezza ed alquanto più di larghezza); litterae altae sunt centim. 11, interstitium inter versus est centim. 7½. Prope Turbia Monacum versus in vinea Gastaud.

imp. CAESARI
AVGVSTO

Cessole *mem. di Torino* ser. 2 vol. 5 p. 166 tab. n. 3 edidit repertam a Boileau Anglo. Inde Sanguineti p. 318. 325.

Litterae licet magnae minores sunt, quam quae ipsius tropaei dedicationi convenient.

7819 prope Tropaea Augusti adfixum templo divae Catharinae GIOFFR.; nella Turbia nell'angolo della cappella di S. Caterina RICOLV.; ora in poca distanza nel fondo del Sig. Reymondi BONIF.; près de la Turbie au bord du chemin par lequel on descend au sanctuaire de Laghet DURANTE similiterque BOURQ. Nunc Nizzae apud societatem archaeologicam. — Niciae MUR. errore.

heredes · EX · TEST
L · AEMILIVS · BANNO · C
CRISPVS · IDZALA · C
COSCONIVS · GALLVS
5 MILES

Descripti. Gioffredo Nic. p. 19 (inde *Alpi* ms. p. 50; Mur. 776, 2); Ricolviana n. 18; Bonifassi n. 83; Durante chorogr. p. 26 (inde Sanguineti p. 215); Bourquelot n. 52; Tisserand 1, 43; Carlone n. 190.

I sic Gioffr. Bonif. Bourq., . . . RES-EX-TEST Ric., . . . IXII . . . Nad., om. Dur. neque vidi ego.

7820 nella fontana che è a mezza strada tra la Turbia e il Laghetto; lavanvi sopra le donne.

PV /// RIV //
CI /// VOL //
RVSTICVS
I // N // ISMI
5 COHORTIS AE
HIC SITVS EST

Ricolviana n. 17. Inde Bonifassius n. 90, citans Ricolvium n. 53; Tisserand 1, 43; Carlone n. 191.

Bonifassianum exemplum, interpolatum scilicet, hoc est: PV . . . RIO | CI . . . VOL | . . . RVSTICVS ∇ VIR | I . . . N . . . ISMI | . . . COH AFR | H · S · E

7821 près de la Turbie au quartier nommé Cadogan DUR.

. . . M · SATIN . . .
IVR

Durante *chorographie* p. 26. Inde Tisserand 1, 44; Sanguineti p. 215; Carlone n. 189.

CX. MONOECVS (*Monaco*).

Monoecum novit iam Hecataeus (Stephanus: Μονοίκιος πόλις Λιγυστική· Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ· τὸ ἐθνικὸν Μονοίκιος) nominantque alii auctores non pauci, maxime propter proximum ei Herculis portum antiquissimum cum vetustissimis fabulis coniunctum. Ut mittamus, quae Aeschylus (apud Dionysium 1, 41) de pugna Herculis cum Liguribus cecinit aliaque similia, *primam* (viam), Ammianus ait 15, 10, 9 enarrans Alpes ex Italia in Galliam ducentes, *Hercules ad Geryonem extinguendum et Tauriscum lenius gradiens prope maritimas composuit Alpes eique* (sic scribendum pro eo quod traditur *hique*; cogitavit auctor de Alpe maritima itinerariorum) *harum indidit nomen; Monoeci similiter arcem et portum in perennem sui memoriam consecravit*. Mamertinus genethl. Maximiani 4, 2: *iam summas arces Monoeci Herculis praeteribas*. Plinius h. n. 3, 5, 47 itemque Tacitus hist. 3, 42: *portus Herculis Monoeci*. Lucanus 1, 405: *quaque sub Herculeo sacratus nomine portus urget rupe cava pelagus: non corus in illum ius habet aut zephyrus: solus sua litora turbat circius et tuta prohibet statione Monoeci*. Etiam in itineralio maritimo (supra p. 900) adest *Hercle Manico portus*. Strabo 4, 6, 1 p. 201: ἀρχονταί

αἱ Ἀλπεῖς οἰκὰ ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, ὡς εἰρήκασί τινες. Massiliensium fuisse ut Nicaeam ita etiam ulteriora ad Monoecum usque Ptolemaeus 3, 1, 3 ait: Μασσαλιωτῶν Νίκαια· Ἡρακλέους λιμὴν· Τρόπαια Αὐγούστου (sic optimus liber)· Μονοίκου λιμὴν. Inde item intellegitur Herculis portum plerumque ad ipsam Monoecum referri minus accurate: immo ut Monoecus est Monaco, Tropaea Augusti vicus supra Monoecum in pede Alpium Turbia, ita Herculis portus est sinus interpositus inter Monacum et paeninsulam Villafrancanam. Ex eo portu annales scribunt a. u. c. 617 C. Hostilium Mancinum in Hispaniam velis ire voluisse, cum eatenus pedibus venisset (Val. Max. 1, 6, 7; cf. Liv. epit. 55). Rem publicam autem suam Monoecus antiquo tempore nullam habuit, sed vicus fuit, ut diximus, Massiliensium; tribus tamen magistratusque titulum ibi repertorum Cemenelum vel etiam Albintimilium magis spectare quam ipsam Massiliam consentaneum est. — Adhibui in Monacensibus praeter edita quae scripta reliquerunt SCHIAFFINO a. 1652 (v. p. 884) et LANCIAREZ a. 1756 (*memorie storiche di Monaco* cod. bibl. reg. Taur. n. 185).

7822 Monaco, au terroir de Mourguez BOUCHE 1664. Sulla strada di S. Rocco che conduce dalla Turbia a Mentone LANCIAREZ 1756. Ex vico Bestagnes, ubi fuit apud Straforellam, venit Monacum in hortos ducales.

· MONTANVS
L · VOCONTIVS
OH · I · LIG · MISSICIVS
V · F

Descripti. Bouche 1, 303; Lanciarez ms. p. 23; Bonifassi n. 12; Bourquelot n. 64; Tisserand 1, 43; Carlone n. 26.